



**Processus Juridicus contra sagas & veneficos, Das ist:  
Rechtlicher Proceß/ Wie man gegen Unholdten vnd  
Zauberische Personen verfahren soll**

**Goehausen, Hermann**

**Rintelii ad Visurgium, 1630**

XI. De fama an & qualiter indicium faciat in crimine Veneficij? ubi practica  
articulandi subjicitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64982)

100 *Qu. XI. Fama qualiter indic. faciat*  
cursu bonam Famam denuntiationibus  
cedere debere; verum finio, ac *judicis ar-*  
*bitrio* hic locum relinquendum esse con-  
tendo.

### QUÆSTIO XI.

*De Fama an & qualiter indicium fa-*  
*ciat in crimine Veneficii? ubi pra-*  
*ctica articulandi subiici-*  
*tur.*

**D***IXI* in qq. *precedentibus*, simpliciter  
ac in thesi loquendo plurimum infam-  
ium denominationem sine aliis admi-  
niculis contra bonæ famæ personas ad-  
mitti & posse valere ad torturam; quod si  
tamen ad bonam famam accedant alia  
indicia ad exculpandum reum denun-  
tiationum vel etiam Reis denuntiantibus  
plures defectus possint obiici, aut quid a-  
liud pro denuntiatis in considerationem  
jure veniat, *Vide quest. preced. 10. in fine.* his  
casibus *judicis arbitrio* locum esse volui, ut  
ipse judicaret, num vis bonæ famæ, aut  
denuntiationum probabilitas, vincere de-

debeat; Nunc subiiciam de Fama mala.

Illud verò *ex præcedentibus questionibus* per se patet seu spontè fluit, ultrà denuntiationem plurium, non insuper requiri in hoc crimine excepto, ut denunciati de crimine isto sint diffamati, etenim si sine aliis adminiculis plurium nominationes valent contra personam bonæ famæ ad inquirendum & etiam torquendum, sicuti *in qq. præced. dictum*, certè non requiritur præcedens denuntiatione diffamatio, quod ita asseruerunt *Dd. Patavini, Ingolstadienses & Friburgenses*, Vide eleg. M. Anton. Peregrinum *cons. 2. de Sagis. n. 40. & seqq. Delrium d. libr. 5. in app. 2. q. 7. per totam.*

Atquin, inquires, de jure scripto pro regula constitutum est, Inquisitionem non præcedente fama, nullam & invalidam esse, textus ad hoc *in cap. inquisitionis de accusat. & inquisit.* & est dictum commune apud Criminalistas. *Clar. §. fin. q. 6. in pr. Boss. in tit. de inquisit. n. 7. Farinac. lib. 1. q. 9. in prin. Unde in art. 6. P. H. D. ad effectum capturæ expresse requiritur,*

N 5

ge.

102 *Qu. XI. Fama qualiter indic. factae*  
gemeiner Leumuthy fama publica. Ve-  
rum scias, quod communis quoque sen-  
tentia sit, hoc fallere in criminibus atro-  
cibus & exceptis, ut tenent præter Ca-  
nonistas in cap. excommunicamus. §. adici-  
mus. de sentent. excommunicat. Clarus. d. q.  
6. vers. item scias. Gigas de crim. lese Mai-  
rit. qualiter procedatur. q. 9. n. 2. Farinac. d.  
q. 9. n. 14. & 15. Peregrinus & Delrio dd.  
locis. qui alios plures allegant, & sufficere  
quoad inquirendum in nostro crimine  
excepto nominationem reorum osten-  
dunt: ac quamvis in Constitutione Caro-  
lina P. H. S. art. 44. addantur expresse  
hæc verba: ibi: *Et illa persona sit super hoc alias*  
*infamata.* vñnd dieselbe Person dessen sonst  
auch berüchtigt: adeoq; præter nominatio-  
nē in hoc crimine diffamatio quoq; ne-  
cessaria videatur, ea tamen optimè expli-  
cuit ac cum hac sententia conciliavit  
Delrio d. q. 7. quem vide. Sed in his non  
est immorandum, quia quicquid sit de  
jure, de consuetudine & usu iudiciorum  
solennitas diffamationis recessit ab Au-  
la, ait Clarus. loco præcitato. quem subse-  
cutus

cueus est. *Farrnac. d. quest. 9. num. 21.*

Itaque hic inquiram quid sola Fama  
& quid per se ad inquirendum vel tor-  
quendum possit? Et ad hoc quæsitum sic  
respondeo. Ad famam duo consideran-  
tur. QUÆ sit fama publica, & QUALIS  
sit? Hæc communiter ita definitur, ut sit,  
quod homines alicuius civitatis, castri  
villæ, vicinæ, sive regionis communiter  
opinantur, æstimant, vel sentiunt; verbis  
palam asserendo; non tamen pro certo,  
vel vero, vel manifesto: *Bart. in l. de Mino-  
re. ff. de quest.* definit famam esse commu-  
nem opinionem, voce manifestatam, ex  
suspensione provenientem. Qualis sit, vel  
esse debeat, ex posteriore definitione  
patet, quod scilicet ex suspensione eam  
provenire necesse sit; alias enim rumor  
potius vagus, vana vulgi vox, seu fama  
spuria diceretur. Suspensio autem hic non  
levis attenditur; sed vehemens, sed ur-  
gens, sed verisimilitudinis speciem ha-  
bens: quam argumēta probabilia, quam  
indicia legitima, quam signa rei conve-  
nientia causentur: plerunq; enim ex in-  
diciis præsumptiones, ex præsumptioni;

104 Qu. XI. Fama qualiter indic. facias  
bus suspicio oritur. Hoc ergo, ni fallor,  
patet, ut fama & publica, & fide digna dici  
mereatur, præter alia multa, in primis re-  
quiri, ut orta sit à personis fide dignis,  
honestis, & idoneis, non autem à malig-  
nis, obtrusatoribus, invidis, inimicis, &  
suspectis; c. cum oporteat extra. de accusat. ut  
constans sit, & ut manarit ex causis om-  
ninò probabilibus; Sic Angel. in tractat.  
maleficiorum, in verbi fama publica, & ibid.  
Angel. Arim. & Lancillot. Corrad. in bre-  
viario pratorio. lib. 1. c. 9. de pratore. §. 2. n. 54.  
ubi circa finem concludendo (multum  
huic commodè) dicit, quod vulgi opinio  
non dicitur fama; sed ea sola, quæ traxit  
originem ex pluribus causis, quæ indu-  
cunt populum ad sic dicendum, vel cre-  
dendum, alias non fama, sed vana vox  
populi, &c. Quæ omnia accuratè & plus  
ribus exequitur Criminalistarum ante-  
signanus Farinac. lib. 1. tit. 5. de indic. &  
tort quest. 47. per totam.

Also wil bey dem gemeinen Leummuth  
erfordert werden da er zu annemunge der  
angegeben Obelthäter dienen soltet dass  
er

er mit allein seinen Autorem, sondern auch seine gewisse Ursachen habe; vnd ist nicht gungsam sagen / es ist ein gemein Geschrey / dieses Weib seye eine Zauberin: Sondern es sollen auch Ursachen darbey angezeiget werden; von welchen Personen solches Geschrey herkommen thue? Von weme man es gehöret? wie lang es gewehret / oder wie lang man darvon gehöret / vnd geredet / was die Ursachen seyen / daß die angegebene Personen in das Geschrey gerathen seyen? Ob sie an der Taht argwönig / oder an verdächtigen Orthen befunden? oder auch mit ihrem argwöhnlichen Wandel / vnd Leben dermassen sich angelassen haben / Daß dabei so ein gemeiner Leumuth erschollen? Dañ solche vnd dergleichen umbstände machē / wa nit alle zumahl / doch der mehrertheil samptlichen glaubwürdige Ursachen gemeinen Leumuths; P. S. O. art. 44. Sonst / vnd da allein auff die gemeine Sage / ohn einigen glaubwürdigen Grund / vnd Ursachen gegangen werden will / Ist es nicht alleine vor keinen gemeinen Leumuth zu halten; Sondern vielmehr jemand darauff in gefängliche verhaftung zunemen sehr wißlich vnd gefährlich / auch

106 *Qu. XI. Fama qualiter indic. faciat*  
auch den Rechten / vnd Reichs Constitu-  
tion, wie gehöret / zu wieder. Solches be-  
stätiget ferner die peinliche Gerichtsord-  
nung / d. art. 6. An welchem Orth giug-  
sam abzunehmen / dz gemeiner Leumuth  
nichts anders heisse noch sey als ein glaub-  
würdiger Leumuth: in verb. oder anderer  
glaubwürdiger Anzeigung verdacht. Ac  
si dixisset Imperator, durch glaubwürdigen  
Leumuth so in gemein gehet / oder Ande-  
re: glaubwürdiger Anzeigung verdacht /  
ac. ut sit Maxima, glaubwürdig seyn.

Quæ ea potissimum de causa adferre  
volui, quoniam sæpius notavi ex actis Fa-  
cultati nostræ transmissis, circa hæc gra-  
viter erratum ac aliquando sub prætextu  
fame publicæ, ob sparsum tantum rumo-  
rem per vulgus, sine certis indiciis, atque  
ob famam levem & minus constantem,  
quosdam custodiæ datos fuisse: ob quam  
causam. Jodoc. Damhoud. *in Encbir. rer.*  
*crimin. in tit. de citat. real. n. 7. & seq.* non ab-  
re invehitur in officarios justitiæ, qui  
proprio arbitrio quemvis delatum teme-  
rè, quovis tempore, aliquando sine ur-  
gente causa & ex vento capiunt ac cap-  
tura



tra periculo aggravant. Ratio investio-  
nis est, quod huiusmodi capto non me-  
llocris inferatur iniuria, imò ignominia  
irretractabilis. teste Baldo *in L. 2. C. de re-  
lit. in integr.* & quod per capturam facile  
ad torturam deveniri, & per tormenta à  
capto interdum extorqueri possit, quic-  
quid capienti libuerit, quod non potest  
non esse gravissimum, quam rationem  
monet plurimum notandam Zasius *in  
consil. 19. n. 31. 32. & 33. lib. 1.*

Atque hinc *in quest. preced. 7. vers. at-  
quin inquires.* iudicem admonui, ne ob so-  
lam *unius* Sagæ de te contestæ denuntia-  
tionem ad capturam facile procedat, si-  
quidem, *quod valde notandum*, captis ni-  
mirum mulieribus denuntiatis si exinde  
nulla deprehendantur indicia ad tortu-  
ram legitimè sufficientia, ideoq; carcer  
relaxetur, eadem non solum ad nocen-  
dum magis irritetur, ac ad graviora quæ-  
vis animentur, instigante generis huma-  
ni hoste Satana; Sed etiam reliquæ eius-  
dem farinae, criminisq; conscia vetula  
istiusmodi exemplo multò in dies ad ve-  
neci-

108 *Qu. XI. Fama qualiter indic. faciat*  
neficia propensiores, atq; ad scelera per-  
petranda tum securiores tum alacriores  
fiant, impunitatem malorum quasi præ-  
sagientes. Circumspectum igitur & benè  
informatum prius esse iudicem oportet  
quàm criminis suspectos incarceret.

Quare quamvis *Da.* nostri communis-  
ter statuunt, solam famam sufficere *ad ci-*  
*tandum* personaliter & ad dettudendum  
in carcerem, quos allegat Farin. *de indic.*  
*& tort. dicta quest. 47. n. 27.* attamen ipse  
benè declarat id procedere non in sola &  
nuda fama, sed in ea, quæ processerit ex  
aliqua verisimili causa & coniectura in A-  
ctis probata & verificata. *n. 41. 42. & 43.*  
*ad torturam* tamen, quæ requirit indicia  
facto propinqua, gravia verisimilia & cla-  
ra solam famam non sufficere, ex com-  
muni sententia & praxi docet idem Fa-  
rinac. *d. quest. 47. n. 4.* ubi similiter id de-  
clarat ac limitat, ut non procedat in de-  
lictis occultis & difficilis probationis, in  
quibus solam famam facere indicium ad  
torturam scripsit Clarus *§. fin. q. 21. vers.*  
*fama sola.* ubi ait quod ita quandoq; vidit  
serva-

eruari. Menoch. *de præsunt. lib. 1. q. 89. n.*  
4. ubi referendo sequitur Clarum in lo-  
co citato.

Verum quicquid sit de criminibus nō  
exceptis, ego *quoad excepta* sic existimarē;  
ut nunquam iudex ex sola fama in crimi-  
ne veneficii aliquem torturæ subiiciat,  
nisi sit iuncta cum aliis indiciis; eleganter  
Farinac. *d. quest. 47. n. 17. & seqq.* attamen  
in eo crimine ex sola fama contra aliquē  
ad capturam rectē procedit, dummodo,  
*quod antè dixi*, fama sit legitimè probata  
et etiam habeat ortum ab aliqua verifi-  
cili causa & ab honestis viris, alias tan-  
quam vana vox populi minimè esset at-  
tendenda, V. Farinac. *d. q. 47. n. 153.* Debee  
igitur iudex hoc in casu considerare, *non*  
*quia dicitur, es ist ein gemein Geschrey dieses*  
*Weib sey ein Zauberin / sed unde, à quibus,*  
*& quid, & quale dicitur,* cæteroquin facile  
innocentii lædi possent, quomodo constat  
magnos Sanctosq; Viros vulgi opinione  
periisse & trucidatos esse, Christusq; no-  
stet redemptor populi voce crucifixus est.  
ait Farinac. *d. q. 47. n. 32.*

O

Et

Et quamvis communis Criminalista-  
 tum conclusio hæc sit, si vehemens fuerit  
 fama, ortaq; fuerit à fide dignis & hone-  
 stis viris atq; ita non solum bonam origi-  
 nem quoad personas, sed etiam vehemē-  
 tiam habeat, quoad causas & verifimili-  
 tudines, unde orta est: tunc eiusmodi fa-  
 ma sola faciet indicium ad torturam, te-  
 ste Farinacio *d. q. n. 28. & seqq.* ubi ait om-  
 nes Dd. hoc uno ore fateri, quos magno  
 numero allegat: ac id tantò magis pro-  
 cedere debeat *in criminibus exceptis* utpo-  
 tè occultis & difficilis probationis, juxta  
 eundem Farinac. *citato n. 11.* & quos ibi-  
 dem allegat. Ego tamen iudici non iu-  
 derem ob ea quæ antea *in hac quest.* benè  
 notanda esse dixi, ut hanc sententiam in  
 praxi sequatur, Equidem ob talem famã  
 capi ac incarcerari diffamatum jubere  
 potest, sed si ad illam alia indicia, veluti  
 nominatio unius complices confessi pro-  
 prium crimen. V. Delrium *in d. app. 2. q. 7.*  
*in pr. M. Anton. Peregrinum. d. consil. 2. n.*  
*43.* Fuga, conversatio, secreta collocutio,  
 Minæ. V. Farinacium *d. quest. 47. n. 17. &*  
*seqq.*

leg. non accedant, Reum nunquam tor-  
queat; Unde rectè Menoch. *conf.* 149. n.  
42. concludit in crimine hæresis, quod et-  
iam exceptum est, solam Famam, quamvis  
publicam, non sufficere ad torturam, sed  
ad inquirendum: Copiose Cravetta *con-*  
*fil.* 41. n. 6.

Atquin inquit Farinac. *d. loc.* n. 35. ubi  
Fama habet ortum ex aliqua verisimili &  
probabili causa, tunc non est sola & sim-  
plex Fama, sed adminiculata: Fama verò  
facit indicium ad torturam, quando est  
adminiculata aliquo alio indicio, sicuti in  
*diximus*: Et ergò Fama vehemens, con-  
cludit Farinacius, facit indicium ad tortu-  
ram, cū non possit Fama dici vehemens,  
nisi etiam fuerit adminiculata; Verum  
respondeo, hæc adminicula, veluti quod  
fama ortum habeat à bonis & ex certa  
causa, sunt proprie ipsius famæ *requisita*,  
quæ si absint, rumor potius vagus, vana  
vulgi vox, seu fama spuria dicitur, sicuti  
iam suprà docuimus.

Quando igitur de fama hic quærimus,  
semper præsupponimus Famam publi-

cam

112 *Qu. XI. Fama qualiter indic. faciat*  
cam & legitimam, qualis sine illis requi-  
sitis esse nequit; aut certè alias quæstio el-  
set de indubitabili, dicente ipso Farin. *d.*  
*q. num. 26.* cum verò dicimus, Famam ad  
torturam esse sufficientem, si aliud indi-  
cium Famæ adminiculetur, intelligi-  
mus adminicula talia quæ ab ipsa Fama  
publica sint diversa ac separata; Ecquis  
autem affirmare auderet, vanam vocem  
populi (talis enim est sine istis requisitis)  
iunctam cum alio quodam indicio ad  
torturam sufficere? Sed hoc foret affir-  
mandum illi, cui cum Farinacio. *d. n. 35.*  
tantum est dicere: *Famam vehementem fa-  
cere indicium ad torturam*: quantum dices-  
re: *Famam adminiculatam facere indicium ad  
torturam*: nam vel hic alias tantum est in  
terminis lusus, & per adminiculā intelli-  
guntur ipsa requisita & causæ, quæ Famā  
necessariò constituunt, vel quia affirma-  
tur Famam (nimirum legitimè proba-  
tam ac per suas causas & requisita consti-  
tutam) sufficere ad torturam, etiam af-  
firmari debet, ut constet casuum opposi-  
tione, Famam (nimirum spuriam & ob-  
de-

defectum requisitorum incertam) cum aliis indiciis iunctam ad eam sufficere, aut certè si hoc negabitur, utiq; non rectè hoc modo colligitur: Quia Fama (intellige legitimè probata) cui aliud indicium adminiculatur, ad torturam sufficit: Ergò & Fama, cui verisimiles causæ adminiculantur; siquidem plura iuncta, fortius operantur, & temper hæ causæ adesse debent, vel aliàs Fama non erit, sed rumor & vana vox populi, quæ nunquam est habenda in consideratione, dicente ipso Farinac. *citata quest. n. 34.* ac per consequens, Fama qua talis, tametsi vehemens, si aliis indiciis non iuuetur, ac ita sola sit, ad orturam meo iudicio, non erit sufficiens. Quia verò dixi, ut huic questionis locus sit, præsupponendum esse, quod Fama orta fuerit ex verisimilibus causis & ab personis honestis, subijciam interrogatoria Inquisitionis super Fama publica.

1. Woher Gezeug/wisse/d; N. N. halber/ein gemein Geschrey / sie seye eine Bauerin?

O 3

2. Von

2. Von weme er solches gehört vnd wie lang es seye?
3. Ob auch dieselbige Leuth / von denen sie es gehört? der N. N. feinde seyen / vnd noch?
4. Auß was Ursachen solches gemeines Geschrey von der N. N. außkommen seye / wann vnd wo?
5. Ob sie vielleicht jemandt Zauberey lernen wollen?
6. Ob sie jemandt beträwet / vnd demselbigen darauff / was sie geträwet / begegnet seye?
7. Was die N. N. sonst vor ein leben führe / vnd ob sie sich auch / wie andere Christen Menschen mit Kirchen gehen / vnd andern verhalten thue?
8. Ob sie mit Zaubern / vnd Zauberinnen Gemeinschaft habe / oder mit welcher Leuten sie am meisten vmbgehe / vnd zu thun habe?
9. Ob sie sonst in Geberden / Worten / vnd Wesen verdächtig seye / als ein Zauberinne / vnd wie dann ihr Geberde / Wort / vnd Wesen beschaffen?

10. Ob



Qu. XII. Fama qualiter indic. faciat 115

10. Ob sie auch mit verdächtigen Dingen umbgehe/ so Zauberer auff sich tragen?

11. Was dann solches vor verdächtige Dinge seyen?

## QUÆSTIO XII.

*Quæ & qualia indicia in crimine veneficii sufficere possint vel ad capturam vel ad torturam? ubi explicatur art. 6. cum aliquot sequentib.*

P. H. D.

Satis judicem in preced. quest. admonuimus ne inconsulto calore & temerè vel ad capturam vel ad torturam properet, tam enim illa quam hæc irreparabile præjudiciũ & in hoc crimine veneficii ignominiam irretactabilem, cum damno irreparabili adfert: Quamvis verò judicis arbitrio relinquatur, an à captura personæ incipere velit. Barto. Bald. in L. consentaneum. 8. C. quomodo & quando iudex sententiã proferre deb. present. partib. & ibidem Alexand. in addit. ipse tamen for-

O 4

sitan